



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 2. Paradisi in terram miseriæ, mutatio, fabula expressa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

542 Cap. XIII. Terra, & rerum

operatua, Domine? omnia in sapientia fecisti:  
impleta est terra possessione tua. Gleba bona  
**Matth. 13.** inimicus homo Zizania superseminauit. Ho-  
mo, cum in honore esset, non intellexit: compa-  
**Ps. 43. 13.** ratus est jumentis insipientibus, & similis fa-  
**Gen. 3. 18.** etus est illis. Hinc illi dictum est: Et comedes  
herbam terra, sicut & Nabuchodonosor ile-  
gimus accidisse; quem regijs dapibus assue-  
**Dan. 4.** tum illa sententia percussit: Fœnum, ut bos  
22. comedes. Hunc relinquunt, peccata effectu,  
hoc fructi, pro seruitute, à diabolo mor-  
**Rom. 6.** tales ferunt. Deniq; stipendia peccati mors.  
23.

§. II.

Paradisi in terram miseria mutatio, fa-  
bulâ expressa.

**Ælian.** Tradit Theopompus, in colloquio, quod  
lib. 3. inter Midam Phrygem, & Silenum inter-  
cessit, à Sileno etiam hoc narratum fuisse;  
cap. 18. in Meropum finibus locum esse, & nomi-  
nari Anostum, (id est, sine reditu, seu unde  
non est reditus) similem voragini & hiatu:  
neque vero tenebris, neq; lumine insignem; sed  
aerem impendere obscuro quadam rubore per-  
mixtum. In eo loco duos flumios labi, alterum  
voluptatis, alterum tristitia: & ad utrumq;  
arbores sitas esse magnitudine platani magni.  
Qua ad flumen tristitiae sunt, eiusmodi natura-

ac potestatis fructus producere: si quis iys vesca-  
tur, eum tantum ejcere lachrymarum, ut per  
uniuersæ vitæ reliquum tempus, fletibus, lu-  
cidib[us]q[ue] diffuat, & sic vitam finiat. Alteras  
vero, quæ fluuij voluptatis agnascuntur, fru-  
ctum contrarium ferre: qui enim hunc gustat,  
ab omnibus pristinis cupiditatibus abducitur;  
paulatimq[ue] fit junior, atq[ue] præcedentem etâ-  
tem, & iam transactam retrò agit ac resumit.  
Hæc Chij fabula historicam protoplasti  
exprimit veritatem, ostenditque, quâm fe-  
lici origine nati, in quantam peccato mife-  
riam dejecti simus. Terra hæc, inter cælum  
& inferos, media, voragini similis est,  
neq[ue] damnatorum tenebris horrida, neq[ue]  
luce beatorum clara, sed alternis vicibus,  
nunc sole illustrata, nunc obscurata no-  
ctibus, mixtum quiddam de vtroq[ue] præ se-  
fert. In hac terra, duo fluuij, seu gemini vi-  
tae humanæ status fuere: in uno extitit  
torrens voluptatis; nec enim tam copiosis  
aquis fons de terra, in Paradiso, quâm mul-  
tis gaudijs læta felicitas, quasi juge conui-  
nium, in mentem Adami ascendit. Ad hunc 15.  
gaudiorum fluuum, accreuit arbor vitæ,  
cuius fructu gustato, vigor, juuentus, vita  
omnis homini refloruissebat. Sed maluit no-

ster parens ex illa arbore fructum gustare, quæ meritò dici potest, ad flumen tristitia fuisse adsita. Nam, postquam Adamus ad eius pomum dentes admouit, ita flere illico cœpit, ac si non pomum, sed allium aut cepas momordisset. Enim uero hæc arbor coëgit eum tantum eycere lachrymarum, ut per uniuersa vitæ reliquum tempus fletibus, lacribusque difflaeret, & sic vitam finiret.

## §. III.

Quantum arbor scientia boni & mali nocuerit homini? & unde sic dicta sit?

Cui igitur attribuenda est exilio nostri caussa? Numini, an homini? Innocenti sapientissimus architectus condidit Paradisum; reo decreuit exilium. Homo, cum honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. De honore dejectus est, postquam de virtute cecidit; & illico corporis morti addictus, ubi gratiam, quæ est animæ vita, extinxit. Fatalis illa arbor, ex communi Theologorum sententia, idcirco arbor scientia boni & mali est nuncupata, quia primi parentes nostri, per comestionem vetiti illius fructus, experimento didicerunt bonum, quo prius fruebantur, malaque subsecuta, quæ ob

Psal. 48.  
23.